

R/8 JOH. HENRICI HEIDEGGERI

רַאשֵׁי אֲבוֹת

SIVE DE HISTORIA SACRA PATRIARCHARUM,

Tomus Posterior.

Accedit

CHRONOLOGIA SACRA

PATRIARCHARUM.

*Rev. Prof. Mikolajczak e Bibliotheca
Joan. Regh. Sign. Cos. Woyanowicz Prop.
die 8 Jun. 1824.*



nka
Nacionalni Kulturalni Arhiv

AMSTELODAMI,

Apud PETRUM LE GRAND.

M. DC. LXXI.

7694

*Illustribus, Nobilissimis, Amplissimisque
Viris*

D. FRIDERICO VAN DORP,
Mofadami Domino, ordinis Equestris Assessori,
Rhenolandia Prapofito & Aggerum Praefecto, ad
Magnos Poloniae & Sueciae Reges Exlegato.

D. JOHANNI VAN THILT, J.C.
Reipublicae Harlemensis Consuli & Senatus Rheno-
landici Assessori.

P. P.
D. CORNELIO DE WITT, J.C.
Ruaro & supremo Aggerum territorii Puttensis Prae-
fecto, Balivo Beyerlandiae, Dordracenae Reipubli-
cae Exconsuli, Confessus D. D. Deputatorum
Hollandiae Consiliariorum Assessori,

Celeberrimae Academiae Lugduno Batavae

CURATORIBUS:

Ut &

*Nobilissimis, Amplissimis, Spectatissimisque Reip.
Leidensis Coss.*

D. JOHANNI MEERMAN, J.C.
Ad Serenissimum Magnæ Britannia Regem Exlegato.

D. PAULO SWANENBURGH, J.C.
Confessus D. D. Deputatorum Hollandiæ consi-
liariorum Assessor.

D. JACOBO MAAS.

D. DANIELI VAN ALPHEN, DAN. F.

Nec non

Gravissimo Spectatissimoque Viro,

D. PETRO BURGERSDICIO, J.C.
Reip. Leydensis Syndico, & Nobiliss. D. D.
Curatoribus à Secretis.

Basilus Græcus Imperator, *Viri Illustres &
Nobilissimi*, in libello, quem κεφάλαια πι-
ραγμελικά inscripsit, Leoni filio futuro Prin-
cipi Historiam laudat verbis dignissimis, quæ libri hu-
jus

jus fronti præfigantur. Ἰστορίας, inquit, δευχαίας ἐξέρχεται
μὴ κατανόη. ἐν αὐταῖς γὰρ ἐνρήσεις ἀκόπως, ἀπερ ἔπεροι σωήζαν
ἐγκόπως. καὶ μαθοῖς ἐκείθεν τὰς τε τῶ ἀπαδαίων δευδαίς, ἢ τὰς τῶ
Φαύλων κακίας, τὰς τε τῶ βίβη πολυαρόπης μεταβολαίς, καὶ τῶ ἐν
αὐτῶ πρᾶγμαίων τὰς ἐναλλαγαίς, ἢ τῶ κέσμα τῶ ἀσαπν, ἢ τῶ τῶ
δεχῆς ἐυμεταπῶπν, ἢ ἀπλῶς εἰπεῖν, τῶ μὲρ Φαύλων τὰς ἀμοιβαίς,
τῶ τῶ ἀπαδαίων πρᾶξιων τὰς ἀνιδόσεις, ὧν τὰς μὲν Φύγης, ἵνα τῶ
ἐκείθεν δίκης πείρα μὴ λάβης, τὰς τῶ κατορθώσης, ἵνα τῶ ἐυθεῖθεν
ἐπαθλων καταζιωθῆς. *Per historias veteres ire ne recusa. Ibi
enim reperies sine labore, quæ alii collegerunt cum labore.
Atque illinc hauries & bonorum virtutes & improborum vitia,
vitæ humanæ varias mutationes & rerum in ea conversiones:
mundi hujus instabilitatem & imperiorum præcipites casus.
Et, ut verbo complectar, malorum facinorum pœnas, &
bonorum præmia; quorum illa fugies, ne in divinæ justitiæ
manus incidas: hæc amplecteris, ut præmiis, quæ ea comi-
tantur, potiaris.* Est sanè cùm omnis historia custos il-
lustrium virorum virtutis, testis malorum sceleris, be-
nefica in omne genus humanum; tum imprimis sacra.
Quæ quidem hoc præcipuè salubre & frugiferum habet,
quod viam aternæ salutis ac mysterium patefaciens, ubi-
que μαρτυρίας Ἰησοῦ testimonium Jesu conjunctissimum ha-
bet. Quæ me ratio impulit, ut omnibus aliis curis poste-
riore loco amandatis, animum applicarem ad Histo-
riam sacram, & quidem non ab ovo, quod ajunt ge-
mino, sed ipso orbe condito arcessendam styloque ex-
primendam. Primitias orbi literato aliquot retro annis
exposui. Quas cùm bonis Sapientibusque Viris haud

omnino improbari cernerem, simulque me impulsori-
bus amicis ad perficienda cœpta stimulari animadverte-
rem, non dubitavi sanè denuo admovere calamum, &
lucubrationis fuliginem bibere. In hac verò longinqua
per multas Cycladas & Symptegadas navigatione qua
sim cynosura usus, quem mihi scopum proposuerim,
nihil ferè attinet pluribus edisserere. Princeps facilè mihi
cura fuit, Ambrosii verbis uti liceat, *verum exquirere*
& *quasi emolere*, ut falsa à veris internoscerem & vera à
falsi suspitione vindicarem. Nam & vera falsi & falsa
veri colore sæpiuscule humanæ credulitati illudunt. Cùm
multa passim in sacra historia occurrant *ἐναντιοφανῆ*, qui-
bus Deus sapientissimus lectoris tum fastidium detergere,
tum studium & *ἀγγίνοιαν* intendere voluit, hoc mihi
negotii datum putavi, ut ea dextrè conciliarem, cum
iis, quæ certiora videntur, in gratiam redigerem, &
Sacrae adeò Scripturæ suavissimam *παραρρημῶνα* assererem.
Judæorum, præcipuè illorum, quos tanquam classici
diurna nocturnaque manu recutiti volutant, puta Jarchii
& Abenezræ *παραρρημῶνας* depellere ubique ferè laboravi.
Est, ubi eorum consensum laudo. Nam quo ingenio
plerique accerrimo & subactissimo valent, hinc inde
interpretamenta depromunt, quæ minimè aspernabitur,
quisquis sine ira & studio veritatem indagare instituerit.
Est, ubi eorundem *γενώδεις μίθες*, jam olim à Gentium
Apostolo iis datos crimini, ipsis delirantium verbis pro-
pono, ut ingenium gentis miro Dei judicio excæcata
detegam ac propalem. Hoc etiam operæ mihi fuit, ut

He-

eruditionis prætexto ornatos, & qua parte eminere vo-
luerunt, perfectissimos, summaque ingenii gloria prædi-
tos habito ingeniorum curioso delectu conquisitos ei
præficere, legibus institutisque optimis eam ordinare &
componere, hætenus Vobis curæ cordique fuit. Sed
hoc, & si quid aliud, prædicabunt & acri tibia decanta-
bunt alii, quando in promptu est, quod propioribus me
lineis contingit, quodque si dissimulare instituerim, in-
grati immemorisque animi invidiam nullo pacto evita-
turus aut unquam aboliturus sim. Vestra enim hæc gra-
tia, Vestra dignatio est, quòd nuper Viro summo &
perpetuo vigore dignissimo *Johanni Coccejo*, in quo ma-
jor pietas & morum sanctitas, an eruditio & in interpre-
tandis Scripturis subactissimi judicii acrimonia emicuerit,
dicere non habeo; lucis hujus usura maximo mœrore bono-
rum omnium privato, juxta nominis Clarissimi Virum
Fridericum Spanhemium, Theologica in cathedra tum ve-
stris tum Præpotent. Fœderati Belgii, nec non Hollandiæ
& Westfrisiæ Ordinum Literis clementissimis huma-
nissimisque Successor quæsitus destinatusque fui. Quæ
quidem gratia ac benevolentia eò solidioribus firmioribus-
que radicibus nititur, quòd ad illustrem ejusmodi Spar-
tam ne minima quidem significatione prensatam non
ambitio mea, non natales aut necessitudines, non for-
tunæ, non denique artificium ullum, sed sola vestra de
me meisque in Vineâ Domini conatibus honesta existi-
matio velificata est. Hoc vestro de me studiisque meis
testatissimo judicio ne quidquam indignum unquam

**

com-

committam, nihil noctes diésque frequentiùs apud animum meum reputabo. Tametsi verò citantibus Vobis ad nomen respondere mihi integrum haud fuerit, intercedentibus obsequio meo humillimo fatis, infirmitatis animi & corporis conscientia, & nutu dominantium, qui me civem sui que beneficii hominem, & in patriæ spem patria charitate eductum, Ecclesiæ & Scholæ suæ necessitatibus vindicandum rati, negatæ missionis Præpotentibus Ordinibus causas gravissimas ipsi submissè reddiderunt: nihil tamen contentionis mihi faciam reliquum, ut suavissimo hoc incitati stimulo amplior deinceps de publico bene merendi pro tenuitate virium conatus enitescat. Quòd si apud Vos, *Viri Illustres & Nobilissimi*, tanquam apud verè promerentes, largos & benignos hæctenus non alio mihi opus est ad liberandam propensissimæ benevolentia erga me Vestra fidem, quam illo fœnore gratiarum, laudis, observantia & addictissimi studii: promitto sanctè non tantum me reliquatorem non futurum, sed vel quaternis centesimis, quod ajunt satisfacturum. Patimini igitur æquo animo præsens hoc devotæ venerationis, & ut tantò conspectior gratitudo mea emicet, hunc ipsum in finem in vulgus monumentum extare, & quod novum beneficium obnixè expeto, simul imbelli fœtui patrocinium adversus malevolorum perversa & distorta judicia promittite. Quod superest Deum O. M. castis precibus interpellare non desinam, uti Potentissimam Illustrissimamque Rempublicam Vestram, Illustrissimos ejus Pro-

Proceres, florentissimas Ecclesias, Academias & Scholas, omnes denique Ordines, sed & nominatim Vos, lectissima Fœderati Belgii decora, splendidissima communis Reip. Lumina, Viros gestis rebus, actis honoribus, infinitis erga Patriam meritis verè inclytos, incolumes florentesque, & in suo quemque munere fidos, industrios, felices esse jubeat! Scribebam Tiguri d. Cal. April. Anno Æræ Dionysianæ M DC LXXI.

Illustr. Nobiliss. & Ampliss.

D. D. V. V.

Observantissimus Cultor

J. HENRICUS HEIDEGGERUS.

Elen-

Elenchus Exercitationum.

- I. De Patriarchis Chaldæis.
- II. De Melchisedeco.
- III. De Abrahamo.
- IV. De Raptu Saræ gemino.
- V. De Bello Pentapolitano.
- VI. De Hagare & Ismaële.
- VII. De Fœdere Abrahamico ejusque signo Circumcisione.
- VIII. De Excidio Sodomæ.
- IX. De tentatione Abrahami & ligatione Isaci.
- X. De sinu Abrahamæ.
- XI. De Isaco.
- XII. De Esavo.
- XIII. De Jacobo.
- XIV. De Testamento Isaci.
- XV. De Jacobi peregrinatione Mesopotamica.
- XVI. De scala Jacobi.
- XVII. De Monomachia Jacobi.
- XVIII. De duodecim Patriarchis.
- XIX. De Dudaim Rubenis.
- XX. De Historia Josephi.
- XXI. De Jacobi μετακίνησις in Ægyptum.
- XXII. De Ultimis Jacobi.
- XXIII. De Jacobi testamento, seu Benedictionibus Prophetis XII Patriarcharum.
- XXIV. De Annis Patriarcharum post diluuium.

EXER-

EXERCITATIO PRIMA DE PATRIARCHIS CHALDÆIS.

Breviarium.

Transitus Authoris ad continuationem operis. I. Patriarchæ Chaldæi enumerati. Chaldæorum nomine cur veniant? 2-7. Noachidæ ex arca egressi, an sedes fixerint in Armenia? An in Thamua? An in Scythia? Methodius, Boulducus, Pseudo-Berosus, Temporarius refutati. 3-6. Noachidarum migrationes. Patriarchas Semo oriundos in Chaldæa habitasse probatur. 6. Arphaxadus an fuerit curator Chaldææ? An Jonithus Methodii, vel Cainan Græcorum? An parens Chaldæorum? An missus ex Thamua in Etham ut Dux Colonæ? An ab eo nuncupatus sit fluvius Indiæ Cainas? An Sinensum Imperium ab eo propagatum? 7. De Cainane Sententiarum divortia. 8. Eum non genuinum, sed institutum esse probatur. 9. Cainanem in ipsa LXX-virali versione esse supposititium probatur. Versio Græca duplex ex Hieronymo distinguitur. Philonis, Josephi, Theophili, Antiocheni, Julii Africani, Eusebii, Hilarionis de Cainane silentium. 10. Lucas non inseruit Cainanem, sed eum librarii intruserunt. Antiquissimi codicis fides. Corderii consensus. Quâ occasione intrusus sit, conjicitur. 11. Pro Cainane argumentum Harvillei rejicitur. Cainan est תרביח Authoris Tarich. 12. Schælachus ita dictus in memoriam immissi diluvii. 13. Heber unde dictus? Hebræorum de trajecta ab Arphaxado Tigri circa ortum Heberis signum. 14. Boulduci sententia de Hebræis ab Hebere nuncupatis ventilatur.

A

EXERCITATIO PRIMA

latur. 15. Heber est Orientalium Hudus. 16. Heber an fuerit Propheta? 17. An condiderit Hebronem? Boulduci argumenta discussa. 18-21. Ciriath-arbe unde sic dicta? De eo Conjectura Rabbiorum, Capelli, Bocharti examinantur. Enak cur dictus Arba? 19. Heber an instituerit religiosum ordinem Enacitarum seu Torquatorum? 21. An ædificaverit Tanin Ægyptiacam? 22-23. Taniticum & Saiticum ostium sunt diversa. Tanis describitur ex Orientalibus. Quid lapis Tanites? accipiter Taniticus? Plinius emendatur. 22. Boulduci argumenta, quod Heber condiderit Tanin, refelluntur. Titanum fabulæ quid repræsentaverint? 23. Phalegus unde dictus? Suidas notatur. Phaleg est Zelachus Muhammedanorum. 24. Aureum seculum an reducendum ad tempora Phalegi? 25. Reu, Sarug, Nachor unde dicti? 26. Thærachus cur Muhammedanis veniat nomine Azara? Thærachi uxores juxta Orientales. 27. Thærachi filii. Haranis mors, & de eâ fabulæ Hebræorum. Nachor an exiverit cum Patre Chaldæa? 28. Patriarcharum Chaldæorum Idololatria. 29. Epiphaniï Sententia de quatuor matricibus hæreseon, Barbarismo, Scytismo, Hellenismo, Judaismo ad incudem revocata. 30. Locus ad Collos. III. v. 11. explicatur. Quomodo Scythia eo loco opponatur Barbaro? Salmasii explicatio improbat. 31. De origine & forma idololatriæ Patriarcharum sententia Eusebii, Cedreni, Epiphaniï, Chronici Alexandrini, Johannis Damasceni, Suidæ, Isidori, Bedæ. 32. nec non Orientalium Patricidis & Elmacini. 33. An Serugi tempore orta sit? εἰδωλον & ὄργυ à dolore in conspiciendis mortuorum staturis. 34. Vera de origine Idololatriæ sententia. 35. Adorârunt Patriarchæ primò Solem; mox ejus Symbolum ignem. Ur unde dicta? Cur Camarina? à Chaldæis cultus ignis transit ad Persas. Quid πνεύματα? Quid sacra Nergal? Quid ὄργυ? 36. 37. Cultus Deorum Penatum, quales Teraphim. Quid fuerint Teraphim? Kircherii opinio, quòd Teraphim fuerint Serapis Ægyptiorum, improbata. 38. Abrahamus an Idololatriæ hujus fuerit particeps? De eo fabula Hebræorum. Pontificii de eo pugnantes committuntur. 39.

I. Cœptam

DE PATRIARCHIS CHALDÆIS.

3

I. Cœptam superiori volumine telam prosequi, & εἰς ὁκεία θεολογία καὶ ζήσων, pertexere animus nobis, & studium erit. Orandus in antecessum quæsitissimis precibus Deus est, ut quam hætenus indulgit gratiam, eandem in posterum clementer & cum fœnore adspirare ne dedignetur, juxta eam mensuram, quam nominis ejus sanctissimi gloria, & nostra aded ἰδέσθαι postulat. Atque ea freti nunc progrediemur ἵνα ἡμεῖς ἐν δυνάμει εἰς δυνάμιν, spe certa, hasce qualescunque demum lucubrationes non defraudatos idoneos fructus, qui in atriis Dei nostri suo etiam loco floreat. Ita faxit almus ille Dator donorum!

II. Principium capimus à Patriarchis Chaldæis, ad quorum historiam usque superioris libri Mosaicis vestigiis adhærentis tractatio excurrit. Intelligimus Patriarchas Chaldæos, quorum mentio est apud Mosen Genes. xi. 10-27. Sûntque nominatim ארפכשד Arphaxadus, שלח Sche-lachus, עבר Heberus, פלג Phalegus, רעו Reu, שרע Serug, נחור Nachor, תרח Thærachus, cujus memorantur filii tres אברם נחור ורחו Abram, Nachor & Haran. Hos Chaldæorum Patriarcharum nomine cur insigniamus, ante omnia evolvenda est ratio. Atque ut evolvatur felicîus, habitatio Patriarcharum post diluvium paulò altiùs repetenda fuerit.

III. Postquam Noë cum suis arcâ exivit, in montibus Armeniæ confedit, donec aquis decedentibus planiora & amœniora loca appetere posset. Incertum autem est, quâ in planitie primò sedem stabilem quæ-siverit. Epiphanius initio Panarii arbitratur, Noam primam sedem fixisse in Armeniæ monte Lubar, & in eodem vitem panxiffe. Neque aliter Berofus Annianus Antiquitatum Chaldaicarum quinto. Methodius verò in libro Revelationum scribit, duodecimo post diluvium anno filios Noë ædificasse novam possessionem in exteriora terræ, & appellasse nomen regionis illius Thamua, secundum nuncupationem filiorum Noë; & numerum illorum qui exiverunt de arca. Et ex ea Regione Thamua Noam ablegasse postea Jonithum filium in Terram Etham. Ex ea terra Etham progressos esse turris Babylonicæ machinatores: ipso tamen Jonitho in terra Etham permanente, & dominationis suæ fines extendente usque ad mare, quod vocatur Helicchora, id est, Regio Solis, in qua Solis ortus fit. Has velut ex quercu natas Methodii narrationes cupidissimè amplectitur Boulducus, vir sanè πολυμαθὴς, verùm ingenio suo liberaliùs, quàm par erat, indulgens. Is igitur Methodii agens interpretem Thamua a תמא quo epitheto Noë insignitus, dictam statuit, quia eam Regionem Armeniæ incoluerint Noë & ejus filii perfectionis statum sectati. Jonithum verò interpretatur Arphaxadum, ducem illius secundæ profectionis. Denique & Etham

A 2

facit

intervalla non tantum Eusebius aliique Christiani Chronographi, sed etiam Josephus, & ante Christi tempora Demetrius non Phalereus sed junior, ex quo Alexander Polyhistor refert, ἀφ' ἧ ἐκλεγεῖναι Ἀβραάμ ἐν τῷ ἔθνει, καὶ εἰσεῖν ἐκ χαρρῶν εἰς χαναάν, ἕως αὖν εἰς Αἴγυπτον τῶν περὶ Ἰακώβ εἰσεῖν, ἐτι σέ. Ex quo electus est à gentibus Abraham & ex Charan in Chanaanem venit, usque ad Jacobi in Ægyptum adventum, annos fuisse cccxv. Ita etiam Josephus Antiquit. ii. 6. Quæ quidem 215. annorum summa nullo negotio confici potest ex Scripturis. Abrahamus enim in terram Canaan profectus fuit annorum 75. Genes. xii. 4. Anno ætatis centesimo, adeoque peregrinationis 25. genuit Isacum, Genes. xxi. 5. Isacus genuit gemellos Jacobum & Elavum anno ætatis 60. Genes. xxv. 26. A Jacobi nativitate usque ad descensum in Ægyptum decurrerunt anni 130. Genes. xlvii. 9. Calculus ita habet:

Abrahamus 75 annos natus profectus est in terram Canaan, ibique anno 100 genuit Isacum. Utrumque inter numerum intercedunt anni	--	--	25
Isacus Jacobum genuit anno ætatis	--	---	60
Jacobus in Ægyptum descendit anno ætatis	--	--	130


Summa 215

Reliquos verò 215. annos in Ægypto fuisse transactos usque ad Exodum, suo etiam loco, ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν, demonstrabitur. Nunc igitur ex annorum, quos Patriarchæ tum ante tum post diluvium vixerunt, epilogismis summa nullo negotio colligi poterit. Ante diluvium enim exactos esse annos 1656. mensem unum & 16 dies, tomo. i. Exercit. xiiii. ostendimus. Post diluvium usque ad Thærahum generare incipientem anni effluxere 292. Inde usque ad nativitatem Abrahami anni 60. A nato Abrahamo ad ejusdem exitum ex Mesopotamia & peregrinationem anni 75. Inde verò à peregrinatione ad descensum usque in Ægyptum anni 215. Qui epilogismi collecti conficiunt summam annorum post diluvium usque ad descensum in Ægyptum 642. in universum verò, additis nimirum annis ante diluvium traductis, summam annorum 2298. quibus ætas universa Patriarcharum finitur. Quæ quidem annorum Patriarcharum ratio ex Chronologia Patriarcharum annexa uberius liquere poterit.

XXXV. Atque heic gradum sistimus, metasque adeò historiæ nostræ

stræ Patriarcharum stringimus. Deo optimo benignissimoque Patri & Myltagogo nostro gratias immortales agimus, quòd gratia sua nos prosequi hæcenus dignatus fuerit, ut & incipere & ad finem perducere opus multis modis intricatum ac perplexum integrum fuerit. Eundem toto pectore veneramur, ut nostras hasce lucubrationes, quarum ornamenta, si qua insita habent, in solidum ejus gratiæ accepta ferimus, ad sancti in Ecclesia scænoris usuram provehat, per Jesum Christum Sospitatorem unicum, cui unà cum Patre almoque utriusque flamine perennis laus & gloria constet.

F I N I S.



CHRO.

CHRONOLOGIA
SACRA
PATRIARCHARUM.

Adamus creatur die sexto mundi circa autu-
mnum, die, ultimo Octobris nostri respondente.
Genes. I. 26, 27. Tom. I. Exerc. IV. 15.

Cainus primus mortalium nascitur ex matre Eva. *Genes. 2
IV. 1. Tom. I. Exerc. V. 2, 3.*

Habel quo anno natus sit, parum constat.

Cain furore percitus occidit fratrem, *Genes. IV. 8. Tom. 129
I. Exerc. V. 33.*

*Hunc in annum probabiliter incidit cædes Habelis. Nam
Sethus anno Adami 130. dicitur surrogatus in locum Ha-
belis. Proinde paulò ante natum Sethum Habel peremptus
fuerat. Genes. IV. 25. V. 3.*

Nascitur Sethus, secundus ab Adamo. *Genes. IV. 25. V. 3. 130*

Nascitur Enoschus tertius ab Adamo ex Setho, 235
cùm is esset annorum 105. Circa cujus tempora cor-
ruptus Dei cultus. Unde factum ut sinceri unius Dei ado-
ratores *fili Dei* audirent, & in publicis coetibus Deum
seorsim invocarent, reliquis *Filiis hominum* magis ma-
gisque degenerantibus. *Genes. IV. 26. V. 6. VI. 1. Tom.
I. Exerc. VI. 1, 2. & 26. 27.*

Nascitur Cainan quartus ab Adamo ex Enoscho agente 325
annum nonagesimum. *Genes. V. 9. Tom. I. Exerc. V. 30.*

Mahaleel quintus ab Adamo nascitur ex Cainane agen- 395
te annos 70. *Genes. V. 12. Tom. I. Exerc. VI. 31.*

Jared sextus ab Adamo nascitur ex Mahaleele agente 460
annum 65. *Genes. V. 15. Tom. I. Exerc. VI. 32.*

M m m m m Enoch

An. M. Capellus, alii, qui secessum & matrimonium Judæ putant aliquot ante venditionem Josephi annis contigisse. Cæterum eam rem expediimus Tom. II. Exerc. XVIII. 17.

2287 Josephus duobus aulicis Pharaonis somnia ipsorum convenienter eventui interpretatur, biennio nimirum, antequam accerferetur ad Pharaonem. *Genes. XL. XLI. Tom. II. Exerc. XX. Sect. 10, 11, 12, 13. &c.*

2288 Isacus moritur anno ætatis 180. *Genes. xxxv. 28, 29.*

2289 Josephus Pharaoni interpretatur somnia, atque inde à Rege solutus carcere Proregiam ad dignitatem evehitur. *Genes. XL. Tom. II. Exerc. XX. Sect. II. & III.*

Proinde à messe hujus anni numerandi sunt septem anni fertilitatis.

2296 Incipiunt anni septem famis, quibus Josephi providentiâ & solertiâ & Ægyptus & vicinæ regiones mirificè sublevatæ sunt. *Genes. xli. 54, 57.*

2297 Jacobus fame compulsus decem filios prima vice pro annona in Ægyptum mittit, qui variè à Josepho dissimulante exagitati, & tandem dimissi, Simone relicto obside, patri omnia exponunt, & fratris Benjaminis sistendi necessitatem eidem persuadere laborant. *Genes. XLII. Tom. II. Exerc. XX. Sect. IV. 2-18.*

2298 Jacobus secunda vice Benjaminem & reliquos filios in Ægyptum mittit, frumentum comparaturos. Qui humaniter primò excipiuntur convivio, mox poculo in mantica Benjaminis abdito, & ab iis tanquam furibus repetito, denuò exagitantur, donec Josephus oratione Judæ pathetica permotus se cum uberibus lachrymis patefacit, & parentem cum universa familia in Ægyptum invitat. *Genes. XLIII. XLIV. XLV. Tom. II. Exerc. XX. Sect. IV. 18-f.*

Jacobus invitationi Josephi, divino oraculo confirmatus, paret, & anno ætatis 130. cum universa familia in Ægyptum migrat. *Genes. XLVI. XLVII. Tom. II. Exerc. XXI.*

Finis Chronologiæ sacræ Patriarcharum. INDEX

I N D E X

L O C O R U M S C R I P T U R Æ,

Qui allegantur, explicantur vel vindicantur.

G E N E S I S.

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.
II.	24.	XV.	13.	20.	I.		26.
III.	15.	XX.	II, 18.	24.	I.		21.
V.	11-27.	XXIV.	3, 4.	26.	I.		28.
	29.	XXIII.	VII, 2.	28.	I.		2.
	31.	XXIV.	2.	III.			5.
VI.	3.	VI.	12.	29.	III.		3, 4.
VII.	21.	III.	66.	31.	I.		39.
IX.	1-7.	XXIV.	5.	III.			10-13.
	24.	XXIV.	2.	XII.	1.	XXIV.	30.
	26, 27.	II.	17.	I, 2.	III.		14.
X.	10.	V.	3.	5.	III.		12, 13.
		XXIV.	2.				14.
	25.	I.	2.	6.	III.		16.
	27.	I.	17.	7.	III.		17.
XI.	1, 2.	I.	3.	8.	III.		19, 20.
	9.	I.	4.	9.	III.		20.
		V.	3.	10.	III.		22.
	10.	I.	7.	11-20.	IV.		1-11.
		XVII.	1, 2.	11, 12, 13.	IV.		2.
	12.	I.	13.	12.	IV.		4.
	16.	I.	24.	15.	IV.		6.
	18.	I.	26.	16.	IV.		8.

Nnnnn 3

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.
		XII.	17.	XV.	1.	III.	29.
		17. IV.	8.		2, 3.	III.	30.
XIII.		3. III.	24.		4, 5.	III.	32.
		8. III.	3.			VI.	1.
		8, 9. III.	24.		6.	III.	33.
		10. VIII.	21.		8.	III.	35.
		13. XVIII.	17.		9.	III.	37.
		14. XVIII.	17.		10.	III.	38.
		14, 18. III.	26.	14, 15.	III.		38.
		15. III.	31.		15.	XXIV.	32.
		18. III.	27.		16.	V.	12.
XIV.		1-f. V.	1-f.		17.	III.	39.
		1. V.	2, 3.		18.	III.	41.
		2. V.	5.	XVI.	1.	VI.	2.
		VIII.	18.		2.	VI.	3.
		5, 6, 7. V.	7.		3.	VI.	3.
		3, 8. V.	9.		4.	VI.	9.
		10. V.	10.		6.	VI.	10-11.
		11, 12. V.	10.		7.	VI.	11.
		13. V.	13.		10-12.	VI.	11.
		III.	28.		11.	VI.	12.
		14. V.	13.		12.	VI.	13, 14,
		I.	11.				29.
		15. V.	16, 17,		13.	VI.	16.
			18.		14.	VI.	17.
		16. V.	18.		16.	VI.	18.
		17. V.	19.		20.	VI.	13.
		18. II.	21, 22.	XVII.		VII.	
		19, 20. V.	20.		1.	VII.	1.
		XIV.	3.		2, 3.	VII.	4.
		20. V.	21.		5.	III.	1.
		22, 24. V.	23.		6.	VII.	5.

Cap.	Verf.	Exerc.	Th.	Cap.	Verf.	Exerc.	Th.
	7.	VII.	6. &c.		36.	VIII.	29.
	8.	VII.	8.	XX.	2-18.	IV.	11-f.
	9.	VII.	12.		2.	IV.	2, 12.
	10, 11.	VII.	13.		3, 4, 5.	IV.	13.
	11.	VII.	23.		12.	III.	3.
	12.	VII.	14.		15.	IV.	15, 16.
	13.	VII.	18.		16.	XI.	12.
	14.	VII.	19.		18.	IV.	19.
	15.	III.	2.	XXI.	4.	XI.	3.
	19.	XI.	1.		7.	XI.	3.
	23.	VII.	27.		8.	XI.	3.
XVIII.		VIII.			9.	VI.	19.
	1.	VII.	27.			XI.	5.
	2.	VIII.	2.		10.	VI.	20.
	3.	VIII.	3.		11.	VI.	20.
	3, 4, 5.	VIII.	5.		12.	VII.	6.
	17, 18.	VIII.	7.		14.	VI.	21, 22,
	20.	VIII.	8.				23.
	21.	VIII.	9.		20.	VI.	25.
XIX.		VIII.			22.	III.	50.
	1.	VIII.	3, 10.		33.	III.	52.
	3.	VIII.	13.	XXII.		IX.	
	4.	VIII.	14.		1.	IX.	2, 3.
	11.	VIII.	16.		2.	IX.	4.
	17.	VIII.	18.		3.	IX.	5.
	21.	VIII.	18.		4.	IX.	7.
	24, 25.	VIII.	19, 21.		5.	IX.	7.
	25.	VIII.	22.		7, 8.	IX.	8.
	27.	VIII.	11.		9.	IX.	9.
	31.	VIII.	26.		10.	IX.	9, 11.
	32.	VIII.	26.		11, 15.	II.	11.
	33, 34.	VIII.	27.		11-14.	IX.	14.

I N D E X

A U T H O R U M

Tum Ecclesiasticorum, tum Profanorum:

Qui citantur, laudantur, explicantur vel notantur.

Numerus Romanus prior Exercitationem, posterior, sicubi occurrit, Sectionem; cifra thesin designat.

<p>A.</p> <p>Abarbanel. ix. 16. xii. 12. xiii. 9. xv. 7. 25. 28. 29. 31. 34. 35. 36. xv. 39. 41. xvi. 9. xvii. 2. 4. 7. 9. 11. 14. 15. xviii. 5. 9. 12. 14. 16. xviii. 19. 22. 25. 28. xx. 1. 3. 5. 8. 15. xxiii. 1. 5. 8. 11. 5. 29. viii. 1. xxiv. 32.</p> <p>Abenephi. iii. 23.</p> <p>Abenezra I. 28. 38. ii. 25. iii. 3. 13. 16. 56. 57. 58. 60. 61. 68. iv. 3. 9. 13. 16. v. 10. 11. 13. vi. 8. 13. 17. 21. vii. 19. viii. 2. 11. 16. 19. 23. ix. 2. 3. xi. 8. 11. 25. xii. 5. 7. 9. 16. xiii. 1. 8. 13.</p>	<p>16. 19. 20. xiv. 5. 6. 20. 21. 24. xv. 4. 11. 15. 25. 26. 27. 28. 29. 31. xvi. 16. 23. xvii. 6. 13. xviii. 13. 15. 16. 17. 20. 27. 36. xix. 13. xx. 1. 3. 15. 11. 2. 6. 23. 11. 6. 15. 4. 8. 18. xxi. 2. 4. xxii. 6. 10. 12. 13. 15. xxiii. 11. 3. 5. 9. 11. vi. 1. x. 3. xii. 3.</p> <p>Abraham Salom. ix. 3.</p> <p>Abraham Sepharadi. xx. 11. 2.</p> <p>Abraham Zachut. iii. 71. vi. 2.</p> <p>Abramus (Nicolaus) iii. 1. 10. iv. 5. xx. 11. xxiv. 8. 21. 24. 25. 26. 28.</p> <p>Abulensis. ii. 20. iii. 1. 2. ix. 7. xi. 20. xxiv. 23.</p>
--	---

Ab ul-

<p>Abulfarajus vi. 27.</p> <p>Abulfedes vi. 27.</p> <p>Achilles Tatius xxiii. iv. 27.</p> <p>Achmes xx. I. 5.</p> <p>Adrichomius iii. 16. v. 9. 19. vi. 11. xii. 6. 16. xiii. 8. xx. 11. 5. xxiii. iv. 6. 8. 39.</p> <p>Æthiopicus Interpres vi. 20.</p> <p>Agatharchides xii. 2.</p> <p>Agathias I. 37.</p> <p>Agellius xi. 3. xx. I. 5.</p> <p>Ahmed Ben Joseph iii. 23.</p> <p>Alcasar xvi. 5.</p> <p>Alcoranus I. 16. 24. 111. 70. iv. 17. vi. 30. x. 11. xi. 12. xxiii. iv. 23.</p> <p>Alexander Polyhistor I. 19. 111. 65. 72. xxiv. 34.</p> <p>Alting (Jac.) xxiii. iv. 14.</p> <p>Amama I. 19. iv. 18. viii. 19.</p> <p>Ambrosius I. 31. 111. 25. iv. 4. v. 15. vi. 5. 6. viii. 7. ix. 7. 8. 16. x. 1. xii. 7. xxiii. 1. 4. xii. 3.</p> <p>Ammianus Marcellinus I. 37. 111. 5. v. 17. vi. 13. xxii. 29.</p> <p>Ammonius vii. 28.</p> <p>Anastasius Germanus xx. I. 13.</p> <p>Andradius xx. I. 15.</p> <p>Apollinaris II. 20.</p> <p>Apollodorus xii. 19.</p> <p>Appianus xx. 111. 13.</p>	<p>Apulejus xix. 14.</p> <p>Aquila I. 38. 111. 30. v. 19. ix. 4. 5. 16. x. 8. xi. 19. 25. xiii. 21. xv. 8. 16. 19. xviii. 16. xix. 2. xx. I. 2. 11. 11. 13. 23. iv. 2. 28. xxiii. 11. 3. vi. 3. 4. xii. 1.</p> <p>Arabs Interpres I. 9. 38. 111. 12. 16. 17. 30. 34. 52. 57. 60. iv. 9. 16. 18. 19. v. 13. 19. vi. 11. 13. 14. 16. 21. 29. vii. 22. viii. 5. 9. 16. ix. 3. 5. 8. 16. 19. 20. x. 8. xi. 8. 19. 20. 24. 25. 26. xii. 1. xiii. 7. 8. 13. 16. 23. 28. 35. 39. 40. xvi. 22. xvii. 3. 8. 20. 21. 32. 33. 35. xx. I. 2. 3. 11. 8. 13. 23. 111. 16. iv. 32. 33. xxi. 10. xxii. 11. xxiii. 11. 3. 5. 9. 111. 5. 9. v. 1. vi. 2. 3. ix. 1. x. 1. 5. xi. 1. xii. 1.</p> <p>Arias Montanus xx. 111. 3.</p> <p>Arianus I. 7.</p> <p>Aristophanes xx. iv. 26.</p> <p>Aristoteles 111. 23. 62. v. 9. viii. 23. x. 8. xii. 4. xiv. 24. xv. 21. 28. xvi. 4. xx. 111. 17.</p> <p>Arnobius vii. 22. xvi. 16.</p> <p>Artapanus 111. 22. 72.</p> <p>Artemidorus xvi. 4. xx. I. 11. xxiii. 111. 5.</p> <p>Athanasius II. 3. 6. 111. 71. viii. 19. xxii. 19.</p>
--	---

Qqqqq

Athe-

T.

- Tacitus v. 3. 9. VIII. 30. XIII. 3. XIV. 24. XX. II. 22. III. 22. VI. 6.
 Tanchuma VII. 27. IX. I. 17. XIII. 13. XIV. 19. XXII. 3.
 Tarich Regum Persiæ XVIII. 1.
 Tarnovius (Johannes) VI. 29. XXI. 6. XXIII. IV. 22.
 Tawufus XIX. 8.
 Temporarius I. 5.
 Terentius Varro XXIV. 1.
 Tertullianus III. 24. IV. 17. v. 9. VIII. 19. 23. x. 4. XI. 12. XVI. 10. XX. I. 13. IV. 9. XXI. 6. XXIII. III. 4. XII. 3.
 Testamentum Patriarcharum XII. 13. XV. 12. XVIII. 37.
 Thalmud, Codex
Bava Bathra I. 27. X. II. XII. 7. XX. III. 6.
Berachot III. 30.
Bikurim III. 2.
Cholin XVI. 5. XVII. 18.
Gittin XIV. 21.,
jevamoth XI. 13.
Joma XX. I. 15.
Kidduschin x. 13.
Nedarim v. 13. VII. 4.
Sanhedrin III. 70. VIII. 22. IX. 2. XIV. 14. XVI. 2. XIX. 2. 5. XXIII. IV. 15. 23.
Schabbath XII. 7.
Sebochim XXIII. x. 2.
Sotha XII. 13. XX. II. 23.
Taan XIV. 14.
 Theodorus Tarsensis Episcopus v. 3.
 Theodoretus II. 15. III. 44. 72. XI. 20. XIII. 12. XV. 20. XVII. 2. 4. 8. XVIII. 22. XXII. 4. XXIII. IV. 19. 31.
 Theodoro III. 30. IX. 4. x. 8. xv. 16.
 Theophanes VI. 23.
 Theophilus Antiochenus I. 9. 10. XXIV. 8.
 Theophrastus XX. III. 2.
 Theophylactus x. I. 10.
 Thomas Anglicus VIII. 12. XVII. 5.
 Thomas à Navaria xv. 16.
 Thomas Aquinas x. 3. XI. 17. XIV. 2.
 Thomas Argentarius II. 3.
 Thomas Pius XXIV. 29.
 Thomas Vienus xv. 21.
 Tigurina versio IV. 18. XII. 17. XVII. 3. 8. XVIII. 20. XXIII. III. 5.
 Tornielus I. 8. 39. III. 10. v. 2. XII. 16. XXIV. 28.
 Torquemada xv. 21.
 Tostatus II. 16. III. 19. 68. VI. 21. VII. 21. XIV. 8. XX. I. 15.
 Tremelius III. 11. VIII. 18. XVII. 14. XIX. 6. XXIII. IV. 22.

Trigau-

- Trigautius XXIV. 9.
 Tyrius I. 22. III. 41. VI. 26.
 Tzezes IX. 21. XX. III. 2.
 U.
 Valerius Maximus IV. 17. XX. II. 5.
 Valefius (Franciscus) VII. 14.
 Varinus III. 35.
 Varius xv. 21.
 Varro xv. 39. XX. II. 25.
 Vasquez III. 35. XXII. 8.
 Vatablus III. 66. XVIII. 16.
 Vegetius XIV. 2.
 Verronius I. 8.
 Viccars (Joh.) XX. III. 8.
 Villalpandus II. 3. 6. XX. III. 3.
 Virgilius III. 30. v. 17. XXI. 2.
 Vitriacus v. 9.
 Vives IV. 6.
 Vogelsang VII. 16. VIII. 11.
 Vorstius (Guilielmus Henricus) II. 16. III. 70.
 Vorstius (Johannes) XXIII. IV. 27.
 Vossius (Gerhardus Johannes) VII. 19. IX. 21. XV. 21. XX. II. 17. XXIV. 2. 7. 21. 25. 27. 29.
 Vossius (Ilacus) III. 5. v. 7. IX. 16. XVI. 20. XX. I. 2. 12. XXIII. III. 4. XI. 1.
 Urfinus (Henricus) XX. IV. 25.

- Ufferius Armachanus III. 5. 12. xv. 6. XVIII. 2. 13. XXIV. 2. 8. 11. 12. 20.
 Vulgatus Interpres III. 5. 6. 27. 29. 30. v. 9. VI. 15. 19. 21. VIII. 5. 18. 21. IX. 8. 16. x. 8. XI. 8. 20. 24. 25. XII. 7. XIII. 7. 12. 19. 21. XIV. 20. 22. xv. 5. 8. 11. 16. 18. 19. 29. XVII. 6. 8. 18. XVIII. 16. 20. 21. 31. 33. 35. XIX. 15. XX. I. 2. 3. 15. 16. 17. 21. 23. III. 1. 6. 8. XXIII. II. 3. 4. III. 3. 4. 25. VI. 3. VIII. 3. IX. 1. XI. 1. 4.

W.

- Waltonus XXIV. 5.
 Windetus x. 11. XX. I. 15.

X.

- Xenophon v. 21. xx. II. 11. XXIII. I. 1. IV. 6.

Z.

- Zagazabo VII. 31.
 Zegerus x. 8.
 Zephyrus xx. IV. 9.
 Zepperus XVI. 24.
 Zonaras xx. III. 3.
 Zwinglius xx. III. 12. XXIII. 4. 28.

I N D E X

Vocum Orientalium, Hebraicarum,
Chaldaicarum, Syriacarum & Arabicarum.

ז

אנדיר xvi. 18.
אנק xvii. 3.
אנרהם III. 1.
אנרן xx. III: 6.
אנרם III. 1.
אנרם xii. 2.
אנרם xvi. 20.
אנרם xx. II: 10.
אנרם xx. II: 21.
אנרם xxiii. I: 6.
אנרם xi. 20.
אנרם xv. 16.
אנרם vi. 20.
אנרם xxiii. x: 5. 6.
אנרם xxiii. II: 3.
אנרם xxiii. vi: 2.
אנרם III: 37.
אנרם III. 16.
אנרם xiii. 18.
אנרם xvi. 22.
אנרם xxiii. II: 3.
אנרם xx. iv: 2.
אנרם xiv. 20.
אנרם I. 19.
אנרם xx. I: 11.
אנרם III. 52.

ב

באר III. 50.
באר להי ראי vi. 17.
בגר xviii. 32.
בגל xii. 17.
בוץ xx. III: 3.
בטנים xx. iv: 18.
בכדב xviii. 16.
בן vi. 3.
בן xiii. 22. xviii. 36.
בנה ix. 9.
בנימן xiii. 22. xviii. 36.
בקע xi. 8.
בתולה xi. 7.

ג

גאר xviii. 32.
גאל xxii. 19.
גדוד xxiii. viii: 2. 3.
גואר xx. I: 16.
גול III. 37.
גור xxiii. iv: 6.
גיד הגשרה xvii. 18.
גל xv. 33.
גלעד xv. 33.
גנג הלב xv. 28.
גואא x. 10.

ד

ה

דברא xx. I: 2.
דברה II. 10.
דוראים xix. 1.
דולב xv. 19.
דולב xv. 19.
דמשק III. 30.

ו

האנר vi. 27.
הלעש xii. 7.
התיחש xxiii. II: 8.
התעלף xviii. 21.
התרצץ xi. 19.

ז

זוים v. 7.
זמרה xx. iv: 18.

ח

חברון I. 18.
חבש ix. 6.
חום xv. 16.
חורף xv. 19.
חלילה viii. II: 6.
חלילה xxiii. II: 6.
חלק v. 16. xxiii. III: 9.
חמנים I. 37.
חמר גרם xxiii. vi: 2.
חנט xix. 10.
חניכים v. 13.
חקות xi. 22.
חרר xx. II: 23.
חרשמים xx. II: 23.
חרי xx. II: 14.
חרן III. 11.
חשב III. 35.

ט

טבח xx. iv: 19.
טלה xv. 16.

י

יאר xx. II: 21.
יבוחין xix. 2.
יגר שהדותא xv. 33.
ידע viii. 7.
יחיד ix. 8.
יחיד xii. 17. xx. II: 12.
יסמין xix. 5.
יסף xviii. 27.
יעקב xiii. 2.
יקרה xxiii. iv: 25.
ירן v. 16.
ירן xiii. v: 1.
ירק v. 13.
ישורון ix. 5.
ישראל xvii. 13.

כ

כבוד xxiii. III: 4.
כברת הארץ xiii. 21.
כהן II. 25. xx. III: 9.
כודגא xii. 17.
כלה III. 4.
כמרים I. 37. III. 5.
כסור עינים iv. 16.
כסף xx. I: 12.
כף xvii. 8.
כרוב xiii. 21.
כרית ארבע I. 18. 19.

ל

לארן xx. I. 11.
לבאחא xix. 2.
לוו xv. 19.
לוט xx. I: 11.

מ

מגדל ערר xiii. 24.
מורה III. 16.
מושב xxiv. 20.

ס

ש

- Testamenti Patriarcharum censura.* xviii. 37.
Therachus est Azara Muhammedanorum. l. 27. *Ejus uxores, filii.* 27, 28.
Thamaris Historia. xviii. 12, 17. &c. *Vide Breviarium.*
Timnath ad quam ascendit Judas, fueritne eadem cum illa, ad quam descendit Samson? xviii. 20.
Tikon Sopherim. viii. 10.
Timoleontis abstinencia prædæ. v. 23.
Timothei circumcisio. vii. 31.
Titanum fabula unde orta? i. 23.
Titulorum apud veteres usus. xiii. 23.
Torquatos an instituerit Heber? i. 21.
Tophet vallis. ix. 4.
Torrens Gerar. xi. 25.
Tranquillitatis laus. xxiii. vi. 6.
Tribus x. Israelitarum an perierint in captivitate Babylonica? xxiii. iv. 21.
Tubera an Dudaim? xix. 7. 14.
Tzophim quid loci? ix. 7.
- V.
- Vaticinia emortualia Virorum Sanctorum.* xxiii. i. 2.
Velamen Saræ. iv. 16.
Velaminis usus apud veteres. iv. 17.
Venationis usus & laus. xii. 4.
Venatorum mentio in Sacris Agypticis. xii. 4.
- Venationis & militiæ labores ac pericula conjuncta.* xiv. 2.
Venus Μαυδαγαρεῖς cur appellata? xix. 3.
Vernæ Abrahami הניכ. v. 13. *Eorum numerus.* ib.
Vespasianus an ex posteris Esau? xiv. 20.
Vexilla Judæorum an depicta habuerint quatuor animalia? xxiii. iv. 11.
Viola an sint Dudaim? xix. 5. 14.
Vitæ æternæ promissiones in lege continentur etiam juxta Hebraos. vii. 7.
Ulam Luz. xvi. 20.
Votum Jacobi. xvi. 22.
Ur Casdim patria Chaldæorum Patriarcharum. l. 6. *Ejus situs.* ib. *Unde dicta?* 37. iii. 5. *Camarine vocatur ab Eupolemo.* ibid.
Uroe dicta Ur. i. 37.
Urso cur inditum nomen רוב? xx. i. 2.
Uxoris & concubinae discrimen. iii. 63.
Uxores steriles cur Deus junxerit Patriarchis? xi. 15.
- Z.
- Zabulonis ortus & nomen.* xviii. 35, 39. *Ei benedicit Jacobus.* xxiii. v. 1. f.
Zaleuci lex de iis qui pervertunt legem. i. 7.
Zilpa Jacobo superinducta. xv. 12.
Zoar urbs. viii. 18. *an Salissa?* ib.

